



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XKVII. Markgraf Ludwig überläßt die Tutel über Henning Block den  
Gebrüdern Blumekin, am 12. October 1338.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](#)

**XLVII.** Markgraf Ludwig überläßt die Tutel über Henning Block den Brüdern Blumekin, am 12. October 1338.

Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>., feria secunda post Dionisi in Kungesberg. Ludouicus etc. Cum pupillis et orphanis in pupillari estate constitutis, et maxime hiis, quos natura vsu sensuum priuauit, ex debiti nostri beneficio preeesse teneamur, uel efficere, quod a tutoribus debitibus et legitimis secundum ipsorum exigenciam debitam foueantur, sane cum Henningus bone recordationis Anshelmi Bloc filius dilectus noster fidelis suis sensibus proch dolor adeo sit priuatus, quod de tutela fida indigeat singulariter et fideli, damus et deputamus, dedimus et deputauimus sibi, usque ad horam reuocationis nostre, pro bonorum et redditum suorum omnium tutoribus et administratoribus strenuos viros dilectos nostros fideles Wicbertum et Christianum, fratres, dictos Blumekin auunculos suos in solidum, sic quod sibi bonisque suis presint, ipsumque manu teneant et foueant fideliter ut tenentur. In cuius etc. Testes Yselfriet, Betkinus de Ost, prepositus Bernoensis. Vt supra datum.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

**XLVIII.** Markgraf Ludwig belehnt Beffin von der Ost und Dobergast von Sankow mit Goffow und Buchholz, am 12. October 1338.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus strenuo militi Betkino de ost nec non strenuo viro Dobergost de Santzkowe, eiusdem sororio, fidelibus nostris dilectis ipsorumque veris et legitimis heredibus ob amorem, quem ipsis gessumus, in solidum et ad manum coniunctam in villa Goffowe XL mansos cum uno, ab omni datione et servitute reali et personali solutos et liberos, cum iure patronatus ecclesie ibidem, villamque dictam Buchholtz cum equi seruicio et omni iure, utilitate, commodo, honore et libertate, sicuti villam et mansos predictos tenuimus et habuimus perpetue quiete et pacifice possidendos. In cuius etc. Testes Yselfriet, Heylo, Bortuelt, Gerwinus, prepositus in Bernowe, Johannes, plebanus in Kungesberg. Datum die, loco ut supra (Kungesberg Anno M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVIII<sup>o</sup>., feria secunda post dionisi).

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).